

Abbatia Scheftlariensis. 762-1962.

Historia huius celeberrimi coenobii concinne legi potest in opere N. BACKMUND, *Monasticon Praemonstratense*, I, Straubing, 1949, pp. 47-49. E tali conspectu illico apparet historiam hanc dividi posse trifariam : per plura saecula pertinuit ad monachos O. Sancti Benedicti ; saeculo duodecimo tradita fuit haec abbatia Praemonstratensibus, qui ibidem permanserunt usque ad annum 1803, cum ab auctoritate publica civili suppressa est ; donec, tandem, postquam per aliquot annos incolae monasterii fuerunt moniales Instituti B. Mariae Virginis, anno 1866, iterum concessum fuit primis possessoribus, monachis Benedictinis. Nostis diebus Scheftlarn, favente Deo, iterum floret, uti abbatia Ordinis S. Benedicti.

Relate ad historiam huius domus celeberrimae, plurima scripta ac edita fuerunt, his ultimis annis. In serie : *Quellen und Erörterungen zur Bayerischen Geschichte*, prodiit, auctore Al. WEISTHANNER, apud Beck'sche Verlagsbuchhandlung, München, *Die Traditionen des Klosters Schäftlarn (760-1305)* (pp. 39+724), 1953. (De quo cfr. N. BACKMUND, in *Anal. Praem.*, XXX, 1954, pp. 292-295).

In eadem serie laborum, eodem auctore, Al. WEISTHANNER, anno 1957, aliud volumen editum fuit : *Die Urkunden und Urbare des Klosters Schäftlarn*, apud eandem domum editricem (pp. 46+584 pp.).

Cuicumque percurrenti hunc librum statim apparebit in ipso contineri fructum inquisitionum accuratissime factarum in variis archivis, quorum nomina indicantur. Praesertim archivum Monacense (München) fontes quam praeclarissimos continet pro hac historia. Cartularium Scheftlarensse asservatum est. Plurimi actus huius Cartularii originales adhuc prostant. Usque ad annum 1350, hi actus complete hic eduntur ; de documentis posterioribus, solummodo regesta referuntur. Ulterius publicatur series privilegiorum olim Ordini nostro concessorum. Plurima privilegia hic memorata habentur apud LE PAIGE, *Bibliotheca Ordinis Praemonstratensis*, Parisiis, 1633. Inter « Urkunden und Urbare », numero 348, de quorum in libro Weisthanner sermo fit, etiam nonnulla habentur, quae a Le Paige non citantur, inter alia : documenta in lucem edita sub Urbano quarto.

Praeterea, pp. 37-46, leguntur in libro praesenti edito cura A. Weisthanner, nomina Praepositorum, qui gubernarunt monaste-

rium Schefftlariense, durantibus annis 1140-1410. Non solummodo nomina horum Praepositorum indicantur, sed cum eorum nominibus indicationes quaedam leguntur de eorum operositate. Comparando seriem chronologicam praesentis editionis et seriem propositam a Backmund, l. c., p. 48, nonnullae diversitates quoad durationem officii horum Praepositorum deprehenduntur.

Paucis indicare contentum libri huius editi a Weisthanner impossibile apparet. Auctor autem ipse, pp. 388-585, plurimos indices edit. In specie hi indices continent : 1. Orts- und Personenverzeichnis (pp. 388-514) ; 2. Wort- und Sachverzeichnis (pp. 515-579) ; 3. Abkürzungs- und Siglenverzeichnis (pp. 580-583). E terminis in his indicibus indicatis facile deducetur in editione praesentis libri per plurima contineri quae vitam Praemonstratensium permultum, varia sub ratione, et clarius nobis proponunt ; ac instituta varia Ordinis, iuridica, liturgica, spiritualia, oeconomica pleniore luce illuminant.

Uti supra iam innuimus, nostris diebus abbatia Schefftlariensis monachis Ordinis S. Benedicti concredita est. Abbas huius coenobii, Sigisbertus Mitterer, abbas inde ab anno 1929, iam diu consilium inierat publicandi historiam coenobii nunc a se recti, occasione duodecies centenarii celebrandi anno 1962. Intentum istud nondum ad finem deduci potuit. Occasione vera centenarii dicti, parvior libellus (171 pp.) editus fuit, qua 3. Heft, Band 22. collectionis : *Beiträge zur altbayerischen Kirchengeschichte*, München, 1962, Verlag Fr. X. Seitz. Sub titulo : *1200 Jahre Kloster Schäftlarn. 762-1962. Blätter zum Gedächtnis*, herausgegeben von Dr. Sigisbert MITTERER, O. S. B., Abt von Schäftlarn.

Historia coenobii scientifice elaborata proinde nondum parata dicitur. Verum, miscellaneum publicatum occasione centenarii abbatiae, pulcherrime impressum, pluribus imaginibus depictis exornatum (paginas exhibentibus manuscriptorum celeberrimorum coenobii Schefftlariensium), meritis nullo modo vacat, eo quod inquisitiones accurate factas publicat de antiquis manuscriptis abbatiae ; insuper quia nos certiores reddit de operositate confratrum Ordinis nostri regionis Bavaricae, sub respectu culturae artis musicae.

Reverendissimus Abbas monasterii, Dr. Sig. Mitterer (pp. 9-19), brevem conspectum tradit historiae domus, potissimum sub aetate illius benedictina. De manuscriptis antiquis coenobii scribens, notat forte plura adhuc servari manuscripta aetatis ante-praemonstratensi coenobii. Neque improbabile videtur manuscripta servari quae a

Praemonstratensibus afferebantur, quando primi sodales huius Ordinis hoc coenobium inhabitare coeperunt. De nostris confratribus, qui olim per plura saecula hoc monasterium inhabitarunt, haec, summarie, notat abbas Mitterer : « Die zu einem priesterlichen Gemeinschaftsleben sich vereinigenden Priesterverbände (vgl. die Ideen des heiligen Augustinus, den die Prämonstratenser als ihren geistigen Vater und Gründer verehrten) der Prämonstratenser oder sehr bald der weit sich verbreitenden regulierten Chorherren waren die berufenen Hilfs- und Machtwerkzeuge der Bischöfe zu einer Zeit, wo noch Jahrhunderte verstreichen mussten, bis Tridentinische Reformplanungen den Bischöfen in ihren Seminarien den notwendigen seelsorglichen Nachwuchs garantieren. Die prämonstratensische Geschichte Schäftlarns müsste durchaus als Seelsorgsgeschichte geschrieben werden... Es kann nur meine ehrende Pflicht sein, den Dank der Gegenwart dafür auszusprechen, was Schäftlarn und der Kranz seiner Filialen den weissen Mönchen des heiligen Norbert zu verdanken haben für ihre Jahrhunderte dauernde Seelsorgsarbeit... Wir hielten es für ein nobile officium unseres Hauses, dass wir das 1200jährige Jubiläum unseres Hauses sichtbar damit feiern wollten, dass wir die edle Kirche, die die Prämonstratenser zum tausendjährigen Jubiläum 1760 haben erstehen lassen, ehrfürchtig in ihrer ursprüngliche Schönheit restaurierten : wir freuen uns dankbar dieses Juwels einer Kirche » (p. 18). Alius similiter fructus operositatis spiritualis coenobii huius ita ab abbate Mitterer indicatur : « Von unserem Kloster gibt es so viele mittelalterliche Handschriften, wie nie keine alte Abtei von der Grösse Schäftlarn aufweisen kann » (p. 18 s.).

Sufficiat indicasse D. VON HUEBNER (pp. 157-169) agere in his Miscellaneis de : *Kalendarium Praemonstratense in einer Schäftlarnner Choralhandschrift des 12. Jahrhunderts*. Inscriptio articuli indicat de qua re agatur. Contentum huius articuli merito commendari debet omnibus et singulis qui scite de antiquis usibus liturgicis Ordinis tractare intendunt. Praeter ea, quae Prof. W. IRTENKAUF, scripserat in *Verhandlungen des Historischen Vereins für Niederbayern*, LXXXIII, 1957, sub titulo : *Des Osterhofener Kalendar von 1324*, praesens inquisitio D. von Huebner perplurima, sub hoc respectu, notatu digna, profert.

Abbatiae Scheftlariensis et Windbergensis olim eminuerunt cele-

berrimo scriptorio suo. In hoc Collectario de manuscriptis, ex abbazia Scheftlariensi convenientibus, magna cum cura ac eruditione scribit Prof. P. RUF (pp. 21-122). Textus professoris illustratur 75 imaginibus depictis, haustis e manuscriptis ad nostra usque tempora servata in magnis Bibliothecis Germaniae. Plura e manuscriptis istis asservatis proveniunt ex aetate qua monachi S. Benedicti in hoc coenobio Deo serviebant.

Schäftlarn anno 1140 Praemonstratensibus concreditum fuit. Vix Praemonstratenses coenobium occupaverant, cum iam, opera scribarum vere peritorum, plures libri exscripti fuerunt. Plurimorum horum scribarum nomina nota sunt. Sub secundo Praeposito, Eberhardo (1153-1160), quatuor, vel, uti probabilius videtur, quinque scriptores tales periti libros conscripserunt. Inter quos, Bernardus quidam varia opera Patrum latinorum exscripsit. Alter, Adelbertus, « martirum Christi ultimus servus » opera S. Gregorii ac Decretum Gratiani transcripsit.

Non vacat in praesenti referre omnia et singula proposita a Prof. Ruf. Quaedam singularia annotamus. « Nahezu 100 Handschriftenbände des 12. Jahrhunderts sind aus Schäftlarn nachzuweisen, doch nur in dem vierten Teil dieser Zahl haben sich die Schreiber ausdrücklich mit ihren Namen genannt » (p. 43). Canonici Scheftlarienses textus quos transcripserunt reppererunt, uti videtur in bibliotheca cathedralis Frisingensis (Freising), potissimum autem in abbazia O. S. Benedicti de Tegernsee.

Quid in libris illis transcriptis continetur ? Cum selectio librorum transcribendorum fieret a scribis, selectio illa indicat nobis cuinam materiae canonici Scheftlarienses potissimum incumbabant. Sub tribus prioribus Praepositis Praemonstratensibus, longe eminent litteratura religiosa-theologica : S. Scriptura, et commentaria huius, iuxta veteres interpretes et magnos Patres Ecclesiae. Opera stricte theologica tardius apparent. Ita Libri Sententiarum Petri Lombardi († 1160) solummodo saeculo decimo tertio qua donum Bibliothecae conventus accesserunt. Libri liturgici, antiquitus descripti, numerosi sunt, inter quae quinque Missalia et quatuor Matutinalia.

Paulo post longior evasit campus tum materiae tractatae in libris transcriptis, tum auctorum. Campus theologiae stricte dictae extenditur ad expositiones historicas et ad scripta hagiologica. Inter haec ultima habetur Vita S. Norberti, S. Thomae Cantuariensis, et S. Servatii.

Versus aa. 1330-1340, incitante ad hoc Praeposito meritissimo

Conrado VI. Sachsenhauser, plurima scripta sunt in scriptorio Abbatiae de historia Scheftlariensi.

In manuscriptis vero saeculi decimi tertii desunt scripta magnorum theologorum illius aetatis. Opera S. Thomae Aquinatis solummodo satis diu post eius obitum apparent; et quidem tunc non agitur de operibus Thomae praestantioribus.

Plura tandem a Prof. Ruf indicantur de ornamentis, vere notandis, quibus textus ipse, circumdatur. Eminent sub hoc respectu scriptor quidam Udalricus, ita librum quemdam finiens: « Ego Udalricus scribo hunc librum iussu domini magistri mei Henrici ». Henricus iste est praepositus Scheftlariensis, qui domum rexit annis 1164-1200. Inter imagines quae in his ornamentis inveniuntur mentionem specialem meretur imago quae habetur in fol. 5 ms. Clm 17144. De hac imagine saeculi duodecimi haec scribit Prof. Ruf: « Nicht vor den achtziger Jahren entstanden ist das Bild des heiligen Norbert, des Stifters des Praemonstratenserordens, das sich in Clm. 17144 (fol. 5) findet. Es stellt den Heiligen dar, wie er von einem anderen Bischof (Augustinus ?) ein Buch (die Regel ?) empfängt » (p. 78).

Maxime cum cura enumerat et paucis describit auctor huius expositionis plures libros liturgicos qui maxime inde a saeculo decimo tertio in canonia Scheftlariensi exscripti fuere. Nec minore numero habentur manuscripta quae homilias et sermones continent.

Prof. Ruf hac ratione suam eruditam expositionem concludit: « Schäftlarn war vor allen einst im heutigen Bayern blühenden Praemonstratenserstiften dasjenige, welches den grössten Bestand an mittelalterlichen Handschriften besass und diesen Besitz fast unvermindert bis zur Säkularisation bewahrt hat, ganz im Gegenteil zu beinahe allen anderen Niederlassungen dieses Ordens. Die Bibliothek von Steingaden wurde im Bauernkrieg 1525 vernichtet; aus ihr sind kaum drei Dutzend Handschriften nachzuweisen. Aus Neustift-Freising, das durch mehrere Brände heimgesucht wurde, sind überhaupt keine mittelalterlichen Handschriften bekannt, desgleichen aus St. Salvator, das sich erst im Jahre 1309 dem Praemonstratenserorden anschloss. Die Bibliotheken von Osterhofen und Ursberg wurden verschleudert, und selbst das grosse Reichsstift Roggenburg hat nur etwa ein Drittel des Bestandes von Schäftlarn überliefert, darunter keine einzige Handschrift, die vor dem 14. Jahrhundert entstanden ist. Einzig Windberg kann sich Schäftlarn an die Seite stellen, was die Bedeutung beider Bibliotheken betrifft,

denn an Zahl der Handschriften ist Schäftlarn überlegen. Der Wert und die Bedeutung beider Sammlungen beruht auf den Schöpfungen des 12. Jahrhunderts. Die Höhe, die beide Stifte damals erklommen hatten, wurde, wenigstens von Windberg, nicht mehr erreicht. Auch den Schäftlarnern Pröpsten des vierzehnten und fünfzehnten Jahrhunderts ist dies nicht gelungen, doch haben sie immerhin in den auf ihre Veranlassung geschriebenen Liturgica sehr beachtenswerte Leistungen hinterlassen » (p. 106).

In appendicibus subiiciuntur catalogi tum manuscriptorum olim ad Abbatiam Scheftlariensem pertinentium et ad nostros usque dies in magnis Bibliothecis asservatorum ; 2. compositionum musicalium, quae olim ad chorum Abbatiae pertinuerunt ; inter haec musicalia, plura a confratribus ipsis composita fuere ; 3. imaginum ex manuscriptis decerptorum quae in praesenti libro exhibentur.

Tractat deinde R. MUENSTER, pp. 123-156, de alio themate : *Evermodus Groll und die Musikpflege in Schäftlarn im Ausgang des 18. Jahrhunderts*. (De Evermodo Groll perpauca verba habet L. GOOVAERTS, *Ecrivains, artistes et savants de l'Ordre de Prémontré*, I, 1899, p. 331). — Plurima autem in hac expositione de ipso Groll et de eius aetate, sub respectu artis musicae, legi possunt. « Leider, ita auctor Münster, sind uns bis heute kaum Berichte oder Aktenmaterial über das Musikleben in Schäftlarn bekannt geworden » (p. 124). Testatur F. J. Lipowsky, qui, anno 1803, secularisationem canoniae Scheftlariensis nomine gubernii ad finem perduxit : « ... Die Prälaten immer bedacht waren, gute Musiker in ihr Kloster daselbst aufzunehmen, und eben daher eines der besten Orchester auf solche Art zu Stande brachten ». Ex inventario vero compositionum musicalium, quae anno 1803, in Schäftlarn asservabantur, et quod habetur im Staatsarchiv für Oberbayern KL 649/7, plures conclusiones positivae facile deduci possunt. Statim exinde apparet symphonias et « serenaden » in Schäftlarn, multo plus quam in aliis domibus religiosis abundare. Ad haec notat Münster, p. 125, n. 11a : « Es darf hier erinnert werden, dass in den Klöstern, wie überhaupt weitgehend im 18. Jahrhundert Sinfonien, Konzerte usw. auch in der Kirche aufgeführt wurden. So spielte man z. B. in Weyern zum Gottesdienst am 18. Februar 1798 eine Messe von Mozart, ein Offertorium von Joseph Michl und eine Sinfonie von Joseph Mysliweczek ; am 23. Februar 1800 eine Messe von Laurentius Justinianus Ott CRSA, anstelle des Offertoriums eine Arie (!)

für zwei Soprane von Sacchini und eine Sinfonie in C von Franz Annon Hofmeister... ».

Quando, anno 1803, abbatiae Steingadensi finis imponitur adsunt : « mindestens zehn Violinen, eine Bratsche, vier Violoncelli, drei Kontrabässe, zwei Flöten, zehn Hörner in verschiedenen Stimmen, sechs Trompeten und zwei Pauken vorhanden » (p. 126). Confratres in abbazia degentes, artem musicam valide fovebant, sicuti alumni, qui generatim in illis coenobiis educationis gratia aderant. « In der Prämonstratenserabtei Steingaden wurden stets acht Singknaben fast umsonst unterhalten, für deren Betreuung ein eigener Religiose zuständig war » (p. 127). Confratres ipsi plures « compositores », uti nostris diebus dicere solemus, erant. Ex 154 nominibus qui in relictis musicalibus numerantur, 36 fuerunt canonici abbatiae. « In Steingaden komponierte der Abt Gilbert Michl selbst. Eine Sinfonie in D-Dur aus seiner Hand befand sich im Schäftlarnner Musikarchiv » (p. 128). Inter canonicos Scheftlarienses, finientis saeculi decimi octavi, opera extant probabilius quinque canonicorum. Inter quos Maurus Denni (1752-1834), Otto Schwab († 1810), Ludolphus Stollreiter (ordinatus sacerdos a. 1777), et Hugo Ponrad (ordinatus anno 1764).

Eminet vero inter artis musicae cultores Scheftlarienses : J. Wunibald Groll (1755-1810). Educatus in abbazia O. S. Benedicti Reichenbach, venit ad curiam principum Thurn et Taxis in civitate Ratisbonensi (Regensburg), ac studiis in hac civitate absolutis, sese iunxit canonicis Scheftlariensibus ; professionem religiosam emisit die 5. Maii 1781. Postea in variis institutis lector fuit, donec, canonica sua per potestatem civilem clausa, varia munera ecclesiastica potissimum in civitate Monacensi obivit. Plurima opera musicalia a Groll composita adhuc extant, quorum inscriptiones ac genera ab auctore Münster enumerantur et describuntur. Similiter themata nonnulla musicalia illarum compositionum referuntur. Concludit hanc suam expositionem Dr. Münster : « Aus all dem Gesagten zeigt sich, wie gross der Eifer und das Bestreben waren, den Gottesdienst in der schönen Klosterkirche zu Schäftlarn unter Beteiligung aller stets würdig und festlich mit Musik auszugestalten, wobei nicht nur das Ordinarium, sondern auch Teile des Propriums, Litaneien, Vespren usw. in vielfällig klingender Weise zu Gottes Lob in Töne gesetzt wurden. Aber auch ausserhalb von Kirche und Gottesdienst begleitete die Musik stets den Tagesablauf im Kloster. Immer wieder neue Werke wurden einstudiert, und in dem brüderlichen Zusam-

menwirken aller Insassen des Klosters äusserte sich auch hierin der Geist der Nächstenliebe und Gottverbundenheit. Es ist noch manches zu tun, damit die Bedeutung der Klöster innerhalb die bayerische Musikgeschichte des 18. Jahrhunderts so dargestellt werden kann wie es deren Verdienst erfordert » (p. 146). Huic addi potest quod legimus p. 167, in nota 28 : « Ueber ihre (Schäftlarners Handschriften) Bedeutung für die Liturgie- und Musikforschung ist in einer Studie zur Choraltradition der Prämonstratenser (in Vorbereitung) zu berichten ».

J. B. VALVEKENS, O. Praem.

Die letzten Pröpste von Lorsch.

N. BACKMUND hat in seinem *Monasticon Praemonstratense*, I. (Straubing 1949) p. 108 die Series Praepositorum des Klosters Lorsch nach den Angaben von DAHL veröffentlicht. Bei Nachforschungen in den « Ingrossaturbüchern » der Erzbischöfe von Mainz im Staatsarchiv Würzburg fanden sich nun die folgenden Einträge der Bestätigungsurkunden der Lorschener Pröpste, die eine zuverlässige Liste ermöglichen.

1488 Nov. 10 (Ingr. B. 46 Bertholdi lat. I, p. 83). Erzbischof Berthold bestätigt die Wahl des Propstes *Eberhard Scheublin* nach dem Tode des Propstes Eberhard vom Wasen. Die Kanzlei bemerkt dazu, dass dieser dem Erzbischof für die Bestätigung 80 fl., den Kanzlei 20 fl. Taxe zu zahlen habe, tatsächlich aber nur 40 fl. gegeben habe. Früher hätte der Propst 500 fl. gezahlt, der vorige habe 200 fl. gezahlt und eine Hengst geschenkt.

1494 Jan. 14 (Ingr. B. 46 Bertholdi Lat. I, p. 223). Nach der Resignation der Propstes Eberhard Scheublin wird die Wahl *Johann Sellatoris* bestätigt. Hier findet sich der Kanzleivermerk : « Nota. auf furbitt eyns g. h. des Pfalzgraven, auch in ansehung wie das closter lorsch dieser zyt verarmt und in abnemen kommen ist, hat myn g. h. fur die confirmatio hundert gulden aus gnad genommen, wie wol vormals zwey, dry, auch iiiio gulden gegeben sein synen vorfarn, also das solichs dem Stift nachmals unbegeben sein soll. Item der Cantzley zwentzig gulden ».

1497 Juli 1. (Ingr. B. 47 Bertholdi lat. II, p. 1). Die Wahl des Propstes *Johann Murer* nach dem Rode Johannis von Bensheim wird vom Erzbischof bestätigt.